

MCXL. Col. 52. n. 41. Hæc emendanda. Primo pnnus: pertinet enim ad annum MCXLI. lin. 61. oriuntur perturbatus lege oriuntur, perturbatus &c.

Col. 53. lin. 2. ideoque l. ideo. lin. 7. donavit. Post l. donavit post. lin. 12. post adipisci pone comma.

Monogramma prorsus simile, ac illud, quod infra habetur n. 48.

In medio subscriptiones



MCXLII. Col. 53. n. 42. Circa hoc documentum duo mihi præstanda sunt, ejus originem, atque sinceritatem aperire, & aliquas correctiones apponere. Ac primo hoc mihi donatum fuit ann. 1787. 24. martii a Cl. V. Marchione Carolo Ceva de Bosia, qui illud acceptum referebat a V. C. J. B. Vasco, & hic a sæpius laudato G. Sclavo, qui ei narraverat se habuisse a quodam Notario Ferrerio de Ceva, cui Marchio Franc. Ceva a Roascio Autographum ad rescribendum concesserat, addens se membranam vidisse, ac palpasse, eamque olim a veteri quondam Antiphonario FF. MM. Conventus Curtismilia, cui regendo inserviebat, detractam, ac in Tabulario ejusdem Marchionis repositam fuisse. Accepto itaque præclarissimo documento nil antiquius habui, quam illud edere. Vix autem edideram, ut in mentem venerit ejus exemplar mittere ad memoratum Sclavum, qui diligenter perpenderet, num rite singula se haberent. Is amantissime, ut solet singula verba scrutatus, nonnulla sphulmata irrepsisse cognovit in exemplari Marchionis a Bosia, quæ ex suo corrigenda præscripsit hoc modo: lin. 43. quondam Bonifacii legitur quondam D. Bonifacii. lin. 49. ansibus l. censibus. lin. 56. odinari l. ordinata.

Col. 54. lin. 5. post Salutia pone; lin. 30. in tertia l. item in tertia. lin. 37. ayius l. axius. lin. 38. Salxedum l. Salaxedum. lin. 50. vocata fuit dele fuit. lin. 57. Docii l. Deus.

Col. 55. lin. 4. post possessionum adde habere. lin. 21. Murialdum l. Miroaldum. lin. 26. nunc possidet l. nunc tenet. lin. 28. Podolio l. Podiolo. lin. 40. in quarta l. quinta. lin. 45. Montisfortis l. Monsforti. lin. 49. Boxo l. Bosea. lin. 56. Monte Urcino l. Circino, item Seifolii l. Feixolii. lin. 59 redditibus villarum l. dictarum villarum. lin. 61. expressorum l. expressum.

Col. 56. l. 9. Vasto l. Wasto. lin. 11. finem l. Finer. lin. 19. Ferrania l. Ferraria. lin. 23. Quintini, Martini l. Quintini Martyris. lin. 52. majori l. Majoroli. lin. 54. vendo l. verdo. lin. 55. sparvagium l. sparvarium. lin. 56. Tairolam l. Faixolum.

Col. 57. lin. 5. Tanagri l. Tanar. l. 43. & Malocellus l. A. Malocellus. lin. 47. donationis l. divisionis. Nil difficultatis occurrit in indictione, quæ communiter Januæ, Placentiæ, Pisis, Florentiæ, & Venetiis 8. Kal. sept. mutabatur. Quod spectat ad Marchionatum Buschæ, haud supervacaneum existimo adnotare hujus mentionem fieri quatuordecim post annos ab Ottone Frisingensi in sua Historia Friderici, in qua cap. XVI. sic habet. Ab Alta castra movens (Fridericus) in Marchia quadam, quæ Busca dicitur, tentoria fixit. In notis corrige Torrens ubi lin. 4. col. 58. Torrem habes. Item lin. 6. post Benevelli appone punctum.

MCXLIX. col. 58 n. 43. Cum olim hoc documentum exscriberem, excidit erratum in Epacta, quæ non XX. sed IX. esse debet. Illa enim ad annum sequentem pertinuit.

MCLV. col. 59. n. 45. Cum post editum documentum membrana sub oculis mihi obvenisset, contuli, ac corrigenda hæc esse deprehendi. lin. 50. Septebrio legitur Setebrio. lin. 53. Cassinellis l. Caxinellis. lin. 57. Veredino puto esse Beredunum, sive Bruno Cassinis l. Caxinis.

Col. 60. lin. 8. Si qua igitur adde clausulam, quæ integre occurrit col. 62. proxime sequenti lin. 43. Lin. 11. post singula Cardinalium nomina adde subscripsi, quod sigla peculiari indicabatur. Item ibi titulus l. tituli. Post S. Cecilie adde Ego Enricus Presbyter &c., qui hic extra ordinem legitur lin. 15. Lin. 12. post S. Georgii adde ad velum aureum lin. 19. Pontif. nostri V. l. Pontificatus vero. lin. 20. an. 11. l. anno secundo; at indictio falsa est. Anno enim 1155. erat indictio III. non V.: at ne mireris; neque enim illa membrana autographum est, sed exemplar anno MCCLXXVIII. ex autographo desumptum. Ex eo Notarius hoc deduxit Adriani monogramma quod, in fine membranæ adhiberi consueverat.



In medio utriusque spatio continebantur Pontificis, & Cardinalium subscriptiones.

MCLXI. col. 61. n. 48. Ad manus venit alterum licet recens exemplar, cujus hæc unica lectio arridet. Col. 62. lin. 18. amici Buacii legitur Anrici Boccacii. Interea hæc errata typographi corrigas velim lin. 42. Si que l. Si qua. lin. 44. tentaverit. Secundo l. tentaverit, secundo.

Col. 63. lin. 4. Imper. l. Papa. Annus Pontificatus convenit cum Aera Christiana, minime vero cum indictione, quæ nona erat non decima. Adponam